I E 624

...vio di
...RELLI
...2
Stato di Gubbio

...IO
...NI
...24

22

1v

I F-b 24

Repertorium Voluminis Statutorum
veterum Civitatis Eugubii divi=
ſi in quinque Libros, vel Partes, prout
infra, videlicet

In nomine Christi Amen. Incipient
Rubricae primi Libri Statutorum
Civitatis Eugubii

Prohemium hujus Voluminis Statuto=
rum. Rubr. 1.
De non ſcribendo, vel ſignando aliquid in
margine praeſentis Voluminis Sta=
tutorum, et de poena Contrafacien=
tis. Rubr. 2.
De electione Officii, et Iuriſdictione Dni
Poteſtatis Civitatis Eugubii. Rubr. 3.
De electione Dni Capitanei Populi
Civitatis Eugubii, et de Officio Cuſto=
die Burellarum eidem conceſſo. Rubr. 4.
De Iuramento Dni Capitanij Populi
Civitatis Eugubii. Rubr. 5.
De Iuramento Dni Poteſtatis Civitatis

Eugubii. Rubr. 6.

De Officio et Iurisdictione Dñi Capita-
nei Populi Civitatis Eugubii. Rub. 7.

Quod nullus condemnatus audiatur ap-
pellans nisi faciat depositum de
condemnatione, vel personaliter
stet detentus. Rubr. 8.

De Iuramento Officialis et familiaris
Potestatis, et Capitanei, et quod non
loquantur cum aliquo nobili, vel ma-
gnate. Rubr. 9.

De interdicto, et vocatione Officialium
forensium, et Civium. Rubr. 10.

Quod Officiales forenses faveant Dñis
Confalonerio, et Consulibus. Rubr. 11.

De electione, et officio Iudicis super exti-
mo, et appassu Comunis Eugubii.
Rubr. 12.

De fumant~~ibus~~ tiis Pauperum reducendis,
et scribendis in centum solidis tan-
tum. Rubr. 13.

De electione et officiis Officialiſ ſuper dan-
et ~~~~ et Pontibus, et
niſ datiſ, Fontibus, ~~[illegible]~~
Funeribus, et ~~~~ et Arredis Domi-
~~[illegible]~~ Sponsalitiiſ, ~~[illegible]~~
narum.
Rubr. 14.

De electione Notarii ſuper Cuſtodia
Civitatiſ Eugubii. Rubr. 15.

De electione et officio Notarii Refor-
mationum Civitatiſ Eugubii. Rub.
16.

De mittendo nomina exbannitorum
ad Caſtra infraſcripta. Rubr. 17.

De Officio Militiſ Dñi Capitanei, et
de poena Officialium facientium
extorſioneſ, et extractioneſ indebi-
taſ. Rubr. 18.

De Officio Militiſ Dñi Poteſtatiſ Civi-
tatiſ Eugubii. Rubr. 19.

De dandiſ Baliſtiſ, et Clipeiſ Comuni
Eugubii per Poteſtatem et Capita-
neum. Rubr. 20.

De eligendiſ Officialibuſ ſuper rea-

7v

ctatione Clavium Portarum, et catenarum, et super aliis operibus infrascriptis. Rubr. 21.

De electione Syndicorum Castrorum, et Villarum Comitatus Eugubii. Rub. 22.

De pedagio Comunis Eugubii, et qualiter vendi debeat. Rubr. 23.

De Represaglis non concedendis nisi certa forma. Rubr. 24.

Quod Potestas, et Notarius Castri Pergulae vadant per unam diem ante initium sui Officij ad ipsum Castrum, et non possint facere contra Statuta Civitatis Eugubii. Rub. 25.

De electione novorum Officialium, et quod Iudex minor, et Notarius Barchae non faciant advocationem, vel procurationem. Rubr. 26.

De his, qui ad Officia eligi non possunt,

et quod non cogatur aliquis invitus ad officia acceptanda. Rubr. 27.

De Officio, Iurisdictione, et Aetate Iudicum minorum. Rubr. 28.

De Salario Capitaneorum, et Notariorum Castrorum Comitatus Eugubii. Rubr. 29.

De Salariis Scriptorum Notariorum Castrorum Comitatus Eugubii. Rubr. 30.

Quod Officiales Castrorum non regant per Vicarium, vel Procuratorem, nec bibant, neque comedant cum subditis suis. Rubr. 31.

De Personis prohibitis eligere, vel eligi ad Officia. Rubr. 32.

De electione Potestatis Pergulae, et de Salario ipsius, et aliorum Officialium infrascriptorum Castrorum. Rub. 33.

De poena acceptantium, vel exercentium Officium, quod habere non possunt. Rub.

34.

Quod Officiales Castrorum se ab eorum Officiis non absentent, nec possit aliquis renumptiare officium jam susceptum. Rubr. 35.

De Juramento, et satisdatione praestandis ab Officialibus electis, et infra quantum tempus debeant acceptare. Rub. 36.

Quod Sindici Castrorum cogantur eorum Officialibus salaria solvere. Rubr. 37.

Quod reactetur Palatium de monte Castri Pergulae, et in eo habitet Potestas Castri praedicti. Rubr. 38.

Quod Officium Clavium, Catenarum vadat per firmantiam. Rubr. 39.

Quod nullus possit simul plura habere Officia de his, quae dantur in Arengo, nec ad officium eligi contra formam Statutorum. Rubr. 40.

De officio, electione, et salario Camerarii Comunis, et ejus Notarii. Rubr. 41.

De Sindacatu Poteſtatis, et Capitanei, et eorum Officialium, et familiariſ. Rub. 42.

De electione Sindicorum, et Notariorum, qui ituri ſunt pro Poteſtate, vel Capitaneos. Rubr. 43.

Qualiter in Conſilio debeant fieri propoſita, vel debeant mitti Partita. Rubr. 44.

De electione, et Officio Bannitorum Comuniſ. Rubr. 45.

Quod emantur ſingulis quinque anniſ quatuor Tubae novae pro Comuni. Rubr. 46.

De electione, et officio Bajulorum Comuniſ. Rubr. 47.

Quod non poſſit congregari Conſilium ſine licentia Dnorum Confalonerii, et Conſulum niſi pro ſententiiſ ferendiſ. Rubr. 48.

Quod omneſ Officialeſ, in quibuſ certa forma data non eſt, eligantur ad palottaſ in Conſilio vel Arengo, et quod Ratiocinatoreſ, et Superſtiteſ Viarum poſſint

9v

eligi per Confalonerium, et Consules. Rubr. 49.

De electione, et officio Sindici, et Advocati ad Causas Comunis. Rubr. 50.

De eligendis per Dnos Confalonerium, et Consules Suprastantibus Fontium Civitatis. Rubr. 51.

Quod Eugubini non solvant Gabellam de vino, quod deferre fecerint a suis Vineis, quas habent extra Districtum Eugubii. Rubr. 52.

De Artibus adprobatis. Rubr. 53.

Nobilium descriptio, et qui censeri debeant nobiles, et Magnates. Rubr. 54.

Quod in qualibet Porta Civitatis fiat Imago Virginis cum Filio. Rubr. 55.

Quod declinantes Jurisdictionem Comunis possint impune offendi. Rubr. 56.

De removendis Officialibus non habentibus puras manus, vel aliter non idoneis. Rubr. 57.

De pœniſ Officialium non ſervantium Statuta. Rubr. 58.

De reddenda ratione per eoſ, ad quos pecunia Comunis pervenerit, et quod ſemel abſolutuſ ampliuſ non gravetur. Rubr. 59.

Quod Famuli Poteſtatis, vel Capitanei non ſtent in Offio Palatii quando fit Conſilium, neque in ipſo Conſilio. Rubr. 60.

De electione, et Officio Dñorum Confalonerii, et Conſulum Populi Civitatiſ Eugubii. Rubr. 61.

De modo, et forma mittendi partita in Conſiliiſ. Rubr. 62.

Qualiter fieri debeat diſpenſatio, ſive Suſpenſio Statutorum. Rubr. 63.

De auctoritate Conſilii Populi, et de numero neceſſario in propoſitiſ faciendiſ. Rubr. 64.

De numero, et habitudinê[bus] Conſiliariorum centum majoriſ ſummae, et ipſorum

renovatione. Rubr. 65.

De electione, numero, vacatione, et habitudinibus Conſiliariorum Populi, et Capitaneorum Artium. Rubr. 66.

De numero Arrengatorum, et de Poenis Conſulentium extra propoſita, et non venientium ad Conſilium. Rubr. 67.

Quod Dñi Confalonerius, et Conſules ultimis decem diebus nihil ordinent in favorem, vel odium alicujus specialis Perſonae. Rubr. 68.

Quod Dñi Confalonerius, et Conſules nil ordinent in favorem eorum, nec eligant conjunctos ad officia, nec cognoſcant de Cauſis. Rubr. 69.

Quod Dñi Confalonerius, et Consules cum Capitaneis Artium poſſint providere ſuper abundantiam Aquae, et teneantur quolibet menſe revidere Aquaeductos. Rubr. 70.

Quod omneſ Officialeſ Civitatiſ, et Comitatuſ Eugubii debeant eſſe Guelfi. Rubr. 71.

De illis, qui debeant haberi, et teneri pro Gebellinis, et pro Guelfis. Rubr. 72.

De eligendo Officialeſ ad reinvenienda Bona Hospitalis Sanctae Mariae de Misericordia. Rubr. 73.

De Foro bannito, et qualiter fieri debeat. Rubr. 74.

De electione, officio, et salario Claveriorum Portarum. Rubr. 75.

De reactando Palatio veteri, ne lignamen quod eſt in eo deſtruatur. Rubr. 76.

Pro quanto debeat dari, vel expendi Florenoſ aureoſ. Rubr. 77.

De Molendinariiſ, et eorum obſervantiiſ. Rubr. 78.

Quod datium imponatur per Libram tantum, et habenteſ appaſſum in Comitatu non gaudeant beneficio Ci-

vicem. Rubr. 79.

Quomodo, et pro quanto possit ali-
quis scribi in Appastu, vel Fuman-
tia. Rubr. 80.

De datiis colligendis per cedulas, et
de electione, et officio Cedularorum.
Rubr. 81.

Quod Forenses habitantes in Civitate
Eugubii, et satisdantes de datiis sol-
vendis gaudeant beneficio Civium.
Rubr. 82.

Quod non solventes datia allibrati per
Fumantiam, tamen possint infra
duos menses solvere sine pœna. Rub. 83.

De aitando, et manutenendo Fontem Are-
ghi, et ejus Aquaeductum, et viam
Aquaeducti. Rubr. 84.

Quod Comitatenses solvant eorum datia
Sindico, et non alicui Civi Eugubino.
Rubr. 85.

Quod Cives, et Comitatenses, et habentes

poſſeſſiones in Districtu Pergulae ſolvant datia Comuni Eugubii, non obſtante aliquo privilegio. Rubr. 86.

Quod nulla Ars ordinet non recipere aliquem ad Artem niſi ſolvat aliquam pecuniae quantitatem. Rubr. 87.

Quod non poſſit per Artem aliquam aliquid ordinari in praejudicium alicujusque non ſit de Arte. Rubr. 88.

Quod nulla Ars faciat monopolium, nec aliquid ordinet contra Dominas alicujus Monaſterii. Rubr. 89.

Quod non habeatur pro Artifice, nec poſſit eſſe Capitaneus Artis, qui Artem non exercet, vel in ea non eſt ſcriptus. Rubr. 90.

Quod ordinamenta Artium non approbata per Dños Confalonerium, et Conſules non valeant. Rubr. 91.

De approbatione matricolae, et Brevis

Collegii Iudicum, et Notariorum,
et eorum obſervantiis. Rubr. 92.
De approbatione Brevis Artis Mercatorum,
et eorum obſervantiis. Rubr. 93.
De approbatione Brevis Artium Lanae,
et Guarnelorum. Rubr. 94.
De poena recipientis, vel dantis in pi-
gnus, vel in tenutam Lanam, vel
Bombicem battutum, vel filatum.
Rubr. 95.
Qualiter habeatur pecunia pro Sala-
rio Poteſtatis, et Capitanei, et quod
nulla deliberetur expenſa, niſi pro-
videatur etiam unde fiat. Rubr. 96.
Quod omnia bona intelligantur obliga-
ta pro datiis, et etiam pro male-
ficiis. Rubr. 97.
De reaſſignatione non ſolventium Da-
tia, et ratione reddenda per Depo-
ſitarios. Rubr. 98.
Quod Caſtra, et Villae ſervent Statuta

Civitatiſ. Rubr. 99.
De ordine tenendo circa aedificatione Palatii novi, et Plateae, et Ciſternae. Rubr. 100.
De Perſoniſ ſuſpectiſ habitantibus prope Portaſ Civitatis removendiſ exinde. Rubr. 101.
De terminatione Villarum fienda per Confalonerium, et Conſuleſ. Rubr. 102.
Quod non ſubjecti citanteſ, vel pignoranteſ ſubjectoſ poſſint impune offendi: Rubr. 103.
De Ambaſciatoribuſ, et eorum Salario. Rubr. 104.
Quod omneſ Officialeſ Conſtitutioneſ, et Statuta facta contra Paterinoſ obſervent. Rubr. 105.
Quod in Palatiiſ noviſ non depingãtur, vel deſignentur Arma alicujuſ Domini, vel Rectoriſ. Rubr. 106.

Quod fiat Inventarium de rebuſ exiſten-
tibuſ in Capella, et Palatio Commu-
niſ. Rubr. 107.

De Immunitatibuſ Medicorum, et ma-
giſtrorum Studentium in Civitate
Eugubii. Rubr. 108.

Quod D.ni Confaloneriuſ, et Conſuleſ,
Conſiliarii, et Prudenteſ teneantur
accipere Paloctam quando datur,
vel eiſ offerretur, et de poena con-
trafacientiſ. Rubr. 109.

Incipiunt Rubricae secundi Libri Statutorum - De Ordine Iuris -

Lex nova de cogendis Debitoribus. Rubr. 1.
De Iure reddendo per Potestatem, et de declinantibus Iurisdictionem Comunis Eugubii. Rubr. 2.
Quod exceptiones peremptoriae non impediant Litis contestationem, et qualiter procedatur in hypothecaria. Rubr. 3.
De petitione rei immobilis. Rubr. 4.
De petitione rei mobilis, vel pecuniae. Rubr. 5.
Lex Ubaldina de modo, et forma procedendi in ~~Litibus~~ Civilibus Caussis, in quibus Lex nova non vindicat sibi locum Rubr. 6.
De prohibita Sequestratione. Rubr. 7.
Quod reus contumax faciat citare Actorem ipsius rei expensis. Rubr. 8.
Quod tenuta detur infra quinque dies, et qualiter procedatur quando dari

non poteſt. Rubr. 9.
De Tenuta danda in ſolutum, vel vendenda.
Rubr. 10.
Infra quantum tempuſ poſſit Citatio im-
pugnari. Rubr. 11.
De hiiſ, qui faciunt citare aliquem coram
diverſis Iudicibuſ, vel Citationeſ non
proſequantur. Rubr. 12.
Quod Reuſ, cui Sacramentum ab Actore de-
fertur, juret, vel referat. Rubr. 13.
De modo procedendi in modiciſ Quaeſtio-
nibuſ. Rubr. 14.
De defendendo Tenutam ei, cui data eſt
per Curiam. Rubr. 15.
Quod Creditor faciat quietationem Debito-
ri de eo, quod ſolverit. Rubr. 16.
De recollectione, et venditione Lignorum.
Rubr. 17.
De reſcindenda venditione, de qua pactum
interceſſit. Rubr. 18.
Quod Venditor cogatur ad rem venditam

defendendam Emptori. Rubr. 19.
De Contractibuſ minorum, et Filiorum familiaſ. Rubr. 20.
De Aſſeſſore dando per Iudicem in Cauſiſ. Rubr. 21.
Quod Creditor non poſſit moleſtari in Boniſ exbanniti ſibi obligatiſ, niſi ſibi ſatisfiat. Rubr. 22.
Quod venditor poſſit retinere rem venditam pro pretio, et quod in ipſa ceteriſ praeferatur. Rubr. 23.
Quod nullum Compromiſſum duret ultra ſex menſeſ. Rubr. 24.
De hiſ, qui Iuſ praetendunt in bonis Exbannitorum. Rubr. 25.
De Procuratoribuſ, et quod non reſpondeant Poſitionibuſ, et quod Sacramentum Calumniae non excuſet ab expenſiſ. Rubr. 26.
De Feriiſ, et Diebuſ feriatiſ. Rubr. 27.
Quod Appodixa contra ſcribentem ha-

beatur pro publico Inſtrumento. Rubr. 28.

Quod detur Copia per Notarios de rogitis pertinentibus ad Exbannitos. Rubr. 29.

Quod non fiat ceſſio a Forenſe contra Civem, et quod non ſit neceſſaria Ceſſio in Obligatione pro alio recepta. Rubr. 30.

Quod non fiat Ceſſio Nobili contra Popularem. Rubr. 31.

Quod habens Arborem in alterius Terreno cogatur eam vendere. Rubr. 32.

De Mentecaptis, et Furioſis, et Maleaviatis, et Contractibus eorum. Rubr. 33.

Quod Mulier nupta ſine conſenſu Viri non contrahat, nec teſtetur. Rubr. 34.

De quaeſtionibus Murorum, Cloacarum, Landronum, Stillicidiorum, et ſimilium. Rubr. 35.

Quod homines Villarum cogantur colere Terras ſibi vicinas. Rubr. 36.

Quod conservatur indemnis, qui se pro a-
lio obligavit. Rubr. 37.
De Terminis mittendis, et dirizandis in-
ter vicinos. Rubr. 38.
De parte Dotis applicanda Maritis, et de
Alimentis Uxori praestandis. Rubr.
39.
De Divisione Rerum communium. Rubr.
40.
De renunciatione fienda a condemna-
tione Debitorum. Rubr. 41.
Quod condemnatus pro Debito satisfaciens
Creditori solvat Comuni quintam
partem tantum. Rubr. 42.
De Iure reddendo Clericis, et ecclesiasti-
cis Personis. Rubr. 43.
De executione Laudorum, et Arbitriorum.
Rubr. 44.
De Praescriptione Quindecim Annorum
opponenda Actori. Rubr. 45.
De Exceptione Datii non soluti. Rubr. 46.

De Advocato, et Procuratore dando petentibus. Rubr. 47.

Quod majores quatuordecim Annorum poſſint eſſe in Judicio criminali ſine conſenſu Patris, et Curatoris, et Mariti. Rubr. 48.

De Decimis ſolvendis in Cauſis civilibus. Rubr. 49.

Quod non currat tempus in Cauſa, cujus Advocatus, vel Procurator eſt in Servitio Comunis. Rubr. 50.

De Salariis Actorum Curiae, et Contractuum, et aliarum Scripturarum. Rubr. 51.

De Quaeſtionibus vertentibus inter Conjunctos. Rubr. 52.

De Cauſis, Appellationibus, Contradictionibus, et Nullitatibus. Rubr. 53.

De Quaeſtionibus Fraternitatis Sanctae Mariae, et quod poſſint Priores ejus fodere lapides in Monte Comunis

Eugubii. Rubr. 54.

Quod Officiales sedeant ad Banchum Iuris bis in diem, et dent Copiam Actorum petentibus. Rubr. 55.

Quod Comitatenses facientes custodiam in Civitate non possint cogi pro debito. Rubr. 56.

Quod refirmatio rerum emphitheuticarum non praejudicet Creditoribus. Rubr. 57.

De Cessione Bonorum. Rubr. 58.

De commissione rogitorum Notariorum defunctorum quibus, et qualiter committi debeat. Rubr. 59.

Quod Instrumenta confecta per non subiectos non faciant fidem. Rubr. 60.

17v

Incipiunt Rubricae tertii Libri Statutorum Maleficiorum.

De modo, et forma ſervandiſ in Citationibuſ fiendiſ in Cauſis Maleficiorum. Rubr. 1.

Qui accuſare poſſint, et qui non. Rubr. 2.

In quibuſ caſibuſ, et qualiter permittatur Inquiſitio, vel Tortura. Rubr. 3.

Qualiter procedatur in maleficiiſ commiſſis inter conjunctas personas. Rubr. 4.

Quod in Cauſis criminalibus non admittatur Procurator ad respondendum. Rubr. 5.

Quod exbannitis accuſatis detur securitas, et licentia comparendi. Rubr. 6.

De termino dando Reis ad defensionem, et qualiter Testes ſint examinandi. Rubr. 7.

Quod nullus condemnetur, vel damnificetur, vel detineatur per Officialeſ ſine justa cauſa. Rubr. 8.

Quod nulluſ detineatur contra formam Statutorum pro aliquo maleficio, ſi

Jor

voluerit ſatisdare. Rubr. 9.

Quod Fidejuſſor repraeſentans principa-
lem non cogatur aliquid ſolvere. Rubr. 10.

De beneficio confitentium, et de poena
negantium Maleficium. Rubr. 11.

Qualiter procedatur in cauſiſ vertentibuſ
inter Eugubinum, et Forenſem. Rubr. 12.

Quod non detineatur volens satisdare, nec
fiat inquisitio contra Testeſ pendente
Cauſa, in qua fuerunt producti: Rubr. 13.

De poena Sindicorum non denunciantium
maleficia, vel paciſcentium ſuper
eis. Rubr. 14.

De poena per Officiales inobedientibuſ im-
ponenda, et de praeſcriptione tem-
poris in maleficiiſ. Rubr. 15.

Quod Poteſtas novuſ cognoſcat de Maleficiiſ
commiſſis infra octo dies ante ini-
tium ſui Regiminiſ. Rubr. 16.

De Pace, et ejuſ beneficio. Rubr. 17.

De poena frangentium Pacem. Rubr. 18.

18v

Quod Officiales non habeant consilium cum Civibus super Causis Maleficiorum. Rubr. 19.

Quod Processus non vitietur propter Solemnitatem ommissam. Rubr. 20.

Infra quantum tempus criminales quaestiones debeant terminari. Rubr. 21.

Quod Frater carnalis Producentis, vel secum habitans, vel Bajuli non admittantur in Testes. Rubr. 22.

De satisdatione exigenda a personis suspectis. Rubr. 23.

De poena Blasphemantium, vel maledicentium in votum Deum, et Sanctos. Rubr. 24.

De poena percutientis aliquem manu vacua, vel cum dentibus. Rubr. 25.

De poena percutientis aliquem cum armis. Rubr. 26.

Quod percussus possit percutientem se repercutere. Rubr. 27.

De poena facientis Homicidium. Rubr. 28.

De poena facientis fieri maleficium, et quod poſſit contra Magnates arbitrarie procedi: Rubr. 29.

De poena occidentis pueroſ, vel parentes, vel consanguineoſ. Rubr. 30.

Quod Poteſtaſ procedat contra eoſ, qui percutiunt, vel maletractant Parenteſ. Rubr. 31.

De poena fugantis aliquem. Rubr. 32.

De poena insultantiſ aliquem. Rubr. 33.

De his, qui excipiuntur a poena insultus, et qualiter puniatur insultanſ, et percutienſ. Rubr. 32.

De poena Forensis percutientis Civem, vel Districtualem. Rubr. 35.

De poena Civis, vel Districtualis offendentis Forensem. Rubr. 36.

De poena offendentium Dnōs Confalonerium, et Consuleſ. Rubr. 37.

19 19v

Quod Officiales Communis Eugubii vadant ad Dnōs Confalonerium, et Consules quando fuerint requisiti. Rubr. 38.

De Assisonis, et eorum poena. Rubr. 39.

De poena dicentis alicui verba injuriosa. Rubr. 40.

De poena improperantis alicui injuria. Rubr. 41.

De poena capientis aliquem per capillos, et de arbitrio Potestatis in maleficiis Capillorum. Rubr. 42.

De poena spatasciantis, vel tangentis aliquem injuriose. Rubr. 43.

De poena dantis calcem, vel excutientis caputeum, vel sputantis in alium. Rubr. 44.

De poena projicientis Lapidem. Rubr. 45.

De poena rombolantis, vel facientis praelium. Rubr. 46.

De poena facientis, vel expendentis monetam falsam, vel vetitam. Rubr. 47.

017

De poena facientiſ falſam accuſationem; vel non probantiſ. Rubr. 48.

De poena perhibentis falſum teſtimonium. Rubr. 49.

De poena producentiſ falſum Teſtem. Rubr. 50.

De poena facientiſ, vel producentis falſum Inſtrumentum, vel falſantis Scripturam; et mutantiſ ſibi nomen. Rubr. 51.

De poena Notariorum forenſium mutantium Acta criminalium Quaeſtionum. Rubr. 52.

De poena manifeſtantiſ credentiam. Rubr. 53.

De poena vendentiſ rem pluribuſ, vel alienantiſ rem litigioſam. Rubr. 54.

De poena committentiſ falſitatem, vel rem prohibitam in Arte Cerae. Rubr. 55.

De poena negantiſ consanguineitatem;

20v

Citadinantiam, mortem, abſentiam, vel matrimonium. Rubr. 56.

De poena negantis aliquem ~~aliquem~~ eſſe, vel fuiſſe Notarium. Rubr. 57.

De poena facientis furtum, vel receptantis furem. Rubr. 58.

De poena capientis furem, et non praeſentantis Curiae; et quod poſſit fur impune percuti. Rubr. 59.

De poena derobantis aliquem. Rubr. 60.

De poena capientis, et tenentis aliquem in privato carcere. Rubr. 61.

De poena facientis incendium. Rubr. 62.

De poena incidentis vites, pergulas, vel arbores. Rubr. 63.

De poena turbantis aliquem in Poſſeſſione sua. Rubr. 64.

De poena non subjecti turbantis subjectum in poſſeſſione sua. Rubr. 65.

De poena excutientis, vel removentis terminum. Rubr. 66.

De poena fodientiſ prope domum, vel Terrenum alteriuſ. Rubr. 67.

De poena derivantiſ aquam in rem alteriuſ, vel aquam alicujuſ Fluminiſ, vel Foſſati ad locum non conſuetum. Rubr. 68.

De poena levantiſ Cluſam alicujuſ molendini, vel Gualcheriae. Rubr. 69.

De poena intrantiſ domum inimici, vel alteriuſ, domino, vel habitatore invito. Rubr. 70.

De poena committentiſ adulterium. Rubr. 71.

De poena committentiſ ſtuprum, vel raptum in virginem. Rubr. 72.

De poena committentiſ per vim fornicationem cum ſoluta. Rubr. 73.

De poena committentiſ vitium ſodomiticum. Rubr. 74.

De poena projicientium Lapidem de aliqua domo, vel Turri contra Populum.

21v

Rubr. 75.

De poena facientium adunantiam, vel conſpirationem contra bonum sta_tum Civitatiſ Eugubii. Rubr. 76.

Quod facienteſ tumultum in Populo, vel de hoc ſuſpecti poſſint mitti ad con_finia. Rubr. 77.

De poena dantiſ auxilium, vel mitten_tiſ guarnimentum inimiciſ Comu_niſ Eugubii. Rubr. 78.

De poena facientiſ guarnimentum militum, vel Peditum contra Co_mune, vel Spectabileſ Perſonaſ. Rubr. 79.

De poena non euntium in Exercitum. Rubr. 80.

De poena intrantis, vel exeuntiſ Civitatem aliunde quam per Portaſ. Rubr. 81.

De poena cavantis prope Murum Co_muniſ a Porta Dñi Cinulioniſ usque ad Portam Muraldi. Rubr. 82.

De poena rumpentium Murum Comuniſ
Eugubii. Rubr. 83.
De poena occupantis, vel devaſtantis publi-
ca, vel res Comunis Eugubii. Rubr. 84.
De poena ludentis ad ludum Taxillorum,
vel retinentis ludum, vel luſoreſ. Rubr.
85.
De poena ludentiſ cum Officialibuſ, et quod
nemo det eiſ mutuum, vel Comoda-
tum. Rubr. 86.
De poena Tabernarii recipientiſ pignuſ
occaſione ludi. Rubr. 87.
Quod Poteſtaſ caſſari faciat cautioneſ factaſ
praetextu ludi. Rubr. 88.
De poena deferentium arma per Civita-
tem Eugubii. Rubr. 89.
De poena Ghebellinorum portantium arma,
vel offendentium Ghelphoſ. Rubr. 90.
De poena Forenſium portantium arma.
Rubr. 91.
Quod Poteſtaſ faciat rimari ſingulis die-

23.v

bus, et noctibus pro luxoribus, et feren-
tibus arma; et euntibus de nocte.
Rubr. 92.

De poena portantium Bagarozzum in capi-
te; vel pannos ustos, et calligas ligatas.
Rubr. 93.

De poena euntis per Civitatem post tertium
sonum Campanae: Rubr. 94.

De poena inventorum de nocte prope Civi-
tatem in locis infrascriptis. Rubr. 95.

De poena alienantis Bona immobilia non
subjectis Comuni Eugubii. Rubr. 96.

De poena trahentium subjectos Comuni
Eugubii ad aliam Curiam quam Co-
munis praedicti. Rubr. 97.

De poena trahentis Comune Eugubii, vel
ejus Officiales ad aliquam Curiam extra
Civitatem Eugubii, et ejus Districtum.
Rubr. 98.

Quod Malefactores possint a quolibet impu-
ne capi, et de premio Capientis. Rubr. 99.

Quod homicidae, et exbanniti in persona poſſint impune capi, et de praemio capientiſ. Rubr. 100.

Quod Poteſtas capi faciat malefactoreſ per ſuam Familiam ad petitionem cujuscumque. Rubr. 101.

De poena Comitatenſium non capientium Malefactoreſ, et Exbannitoſ. Rubr. 102.

De poena receptantiſ exbannitoſ. Rubr. 103.

Quod exbanniti pro gravibuſ maleficiiſ poſſint impune offendi. Rubr. 104.

Quod fiat executio contra exbannitoſ captoſ ſecundum formam ſuae condemnationis. Rubr. 105.

Quod bona homicidae exceptiſ domibuſ extraatur, salvo tamen jure cujuſcumque. Rubr. 106.

De forma tenenda in vendendiſ bonis exbannitorum, et de Bonis Comunis recuperandiſ. Rubr. 107.

De poena non ſolventiſ condemnationem

infra duos menses, et quod non apponatur in sententiis aliquod salvo. Rubr. 108.

De condemnationibus non solutis non cancellandis, et de oblatione annua captivorum. Rubr. 109.

Quod condemnati per contumaciam non audiantur, nec aliquis pro eis. Rubr. 110.

De poena Testis subtrahentis se, vel absentantis a Testimonio. Rubr. 111.

Quod nullus pro ferendo testimonium ultra triduum teneatur. Rubr. 112.

Quod Notarii scribentes Protestationes non possint detineri, nec propterea molestari. Rubr. 113.

De poena negantis rem esse comunem. Rubr. 114.

De poena capientis Columbos, et tenentis ad escaturam, vel ajolum. Rubr. 115.

De poena tenentis Porcos in Civitate Eu-

gubii. Rubr. 116.
De poena vendentiſ vinum lymphatum, et cum quibuſ menſuriſ vinum ven-di debeat, et pro quanto. Rubr. 117.
De poena aucupantiſ ad Qualliaſ, vel Pernices certiſ temporibuſ. Rubr. 118.
De poena intrantiſ Cameraſ Officialium. Rubr. 119.
De poena Officialis contradicentiſ alicui ingreſſum Palatii, ubi Iuſ redditur. Rubr. 120.
De poena Nobilium intrantium Domoſ, vel Palatia Officialium. Rubr. 121.
De poena ementiſ Caſtrum cauſa revenden-di. Rubr. 122.
De poena currentiſ Equum per Civitatem Eugubii. Rubr. 123.
De poena inuilliantiſ Linum, vel maceran-tiſ eum prope Civitatem, vel in ali-quo Fonte. Rubr. 124.
Qualiter procedatur in Proceſſibuſ, in qui-

buſ proponitur Exceptio Excommu-
nicationiſ. Rubr. 125.

De poena pasturantis in appenditiiſ Mon-
tis. Rubr. 126.

De Beccariiſ, et eorum obſervantiiſ. Rubr.
127.

De Fornariiſ, et eorum obſervantiiſ. Rubr.
128.

Quod Officialeſ Comuniſ Eugubii non
poſſint regulariter arbitrium petere,
nec habere. Rubr. 129.

In quibuſ caſibuſ penae maleficiorum
duplicentur. Rubr. 130.

De maleficiiſ commiſſiſ per Officiales
forenſeſ, vel contra eoſ. Rubr. 131.

De duplicanda poena offendentiſ aliquem
in Poſſeſſione ſua. Rubr. 132.

De duplicanda poena offendentiſ aliquem
euntem ad fenuſ, vel occaſione alicujuſ
Officii Comuniſ. Rubr. 133.

Quod in poeniſ procedatur de ſimilibuſ

ad ſimilia ubi poena determinata non eſt. Rubr. 134.

Quod Poteſtas faciat condemnationes ſin-gulis Menſibus. Rubr. 135.

Quod de Condemnationibus Maleficiorum fiant duae Copiae; et quod Libri Refor-mationum ſtent in Cancellaria Commu-nis Eugubii. Rubr. 136.

Quod Notarius Capitanei cancellet Con-demnatum abſolutum, vel exgra-vatum, appoſita Cauſa Cancellatio-nis in margine. Rubr. 137.

Quod Poteſtas non faciat aliquam exe-cutionem Sanguinis infra muros Ci-vitatis. Rubr. 138.

De reaſſignatione Actorum fienda per Officiales prope finem ſui Officii. Rubr. 139.

Qualiter procedatur in Maleficiis contra eos, qui eſſent, vel fuerint in Officio Conſulatus. Rubr. 140.

Quod careat Elimosina Communis Locus, qui receptavit aliquem Proditorem Civitatis Eugubii. Rubr. 141.

De Emphytheoticis. Rubr. 142.

Quod Blada vendatur ad mensuram rasam, et de Mensuris fiendis, bullandis, et administrandis. Rubr. 143.

De poena projicientis immunditiam de aliquo Balcone, vel Fenestra. Rubr. 144.

De poena Triccolorum ementium Victualia causa revendendi. Rubr. 145.

De poena Mulierum filantium, vel aliud laborerium facentium diem vendreit numatas. Rubr. 146.

De poena sanguinantis Animalia in Viis publicis. Rubr. 147.

De poena ementium Victualia extra Civitatem in Stratis causa revendendi. Rubr. 148.

De poena Meretricium habitantium in

Civitate prope aliquod Monasterium,
vel tenentis eaſ. Rubr. 149.

De poena Meretricium morantium extra
Civitatem in Stratiſ, vel prope aliquod
Monasterium, vel tenentiſ eaſ. Rubr.
150.

Quod claudantur Andronae, et Verſatoria fo-
torem praeſtantia in viiſ publicis.
Rubr. 151.

De poena facientiſ in viiſ publiciſ Neceſ-
ſarium, vel Verſatorium. Rubr. 152.

Quod Poteſtaſ faciat fieri Cloacaſ ubi
ſunt opportunae expenſiſ Adjacentium.
Rubr. 153.

Quod Andronae, in quaſ exeunt sedilia
murentur ita quod impedimentum non
praeſtent. Rubr. 154.

De poena ponentiſ Litamen, vel facientiſ bru-
cturam in viiſ publiciſ. Rubr. 155.

De poena projicientis Scompezzam in Rem al-
teriuſ. Rubr. 156.

De poena facientis, vel projicientiſ putredi-
nem in aliquo Fonte, vel Puteo, Abbeverato-
rio, vel Lavatorio. Rubr. 157.

De poena projicientiſ Aquam Scotanatam
in Flumine Camignani. Rubr. 158.

Quod Leproſi non intrent Civitatem Eugubii,
nec ei appropinquent. Rubr. 159.

Quod Poteſtas ſpacciari faciat Foſſata juxta
Viaſ, per quae vadit aqua. Rubr. 160.

Quod Laboratoreſ, sive Caparrarii tencantur
ponere Plantaſ in Manſiſ, quae laborant.
Rubr. 161.

De poena Forenſiſ exercentiſ foenuſ in Civi-
tate Eugubii. Rubr. 162.

De poena facientis rechieſtam, vel dantis,
ſeu accipientiſ copiam Conſiliariorum.
Rubr. 163.

Incipit Statutum de Ornamentiſ, veſti-
buſ, et Arredis Dominarum, et mu-
lierum prohibitiſ. Rubr. 164.

De poena vendentiſ Candelaſ, vel alia Mer

cimonia inter aliquam Eccleſiam. Rubr. 165.

Incipit Statutum de Donis, Conviviiſ, et Expenſiſ prohibitis circa nuptiaſ, Sponsalia, vel matrimonia. Rubr. 166.

Incipit Statutum de Superfluis expenſiſ Cerae, et aliiſ prohibitis circa funera defunctorum. Rubr. 167.

Incipiunt Rubricae quarti Libri - Damnorum datorum -

De poena perſonaliter damnum dantiſ. Rubr. 1.

Quod Dominuſ rei poſſit accipere clamidem, et ferramenta cujuſlibet, quae invenerit in re ſua damnum dare. Rubr. 2.

Quod nulluſ poſſit accuſare de damno dato elapſiſ tribuſ menſibuſ. Rubr. 3.

De poena Animalium dantium damnum in rebuſ alteriuſ, et de modo probationiſ. Rubr. 4.

Quod credatur Accuſatori poſt condemnationem ſi petierit damnum emendari usque in decem Solidoſ. Rubr. 5.

Quod ſi ille, cujuſ animalia accollecta fuerint, probaret alibi fore accollecta, ſit immuniſ a poena. Rubr. 6.

De poena Pullorum damnum dantium in re alteriuſ. Rubr. 7.

Modus probationiſ ſuper damniſ datis. Rubr. 8.

Quod puniatur tamquam falſariuſ ille, qui petierit ſibi damnum emendari, ſi probaretur, quod ipſe eum dederit. Rubr. 9.

Quod nulluſ vadat ad paſturandum intra Confineſ Plani niſi certiſ temporibus — Rubr. 10.

De poena intrantiſ Vineam, vel hortum alteriuſ. Rubr. 11.

Quod licitum ſit cuilibet Vicino intrare rem vicini pro ſepibuſ aptandiſ, et

aliiſ. Rubr. 12.
De poena Laboratorum Vinearum vendentium uvaſ. Rubr. 13.
De poena damnum dantis in Sepali. Rub. 14.
De poena ſuprahendentiſ de rebuſ alteriuſ ultra terminoſ, et fodionem Foſſati. Rubr. 15.
De poena euntis per Terrenum alterius, invito domino. Rubr. 16.
Quod habenteſ Poſſeſſioneſ, ad quas ire non poſſent per viaſ, ire poſſint per terraſ vicinorum. Rubr. 17.
De poena euntis per Semitam, vel redenam. Rubr. 18.
Quod poſſit renunciari accuſis damnorum datorum, et de aliiſ infraſcriptiſ. Rubr. 19.
De electione Gualdariorum, et ipſorum officio. Rubr. 20.
Quod habenteſ Arboreſ praeſtanteſ impedi-

mentum vicinis debeant removere. Rubr. 21.

De poena illorum, qui non reaptaverint sepem postquam fuerint requisiti. Rubr. 22.

De poena retinentis Capras intra infrascripta Confinia, et villis infrascriptis. Rubr. 23.

De modo tenendo in damno dato per combustionem. Rubr. 24.

De quibusdam observantiis per Laboratores Poterium, et Terrarum, et Conductores domorum ad pensionem. Rubr. 25.

Quod Locator non possit petere Laboratori renditam nisi de aestate proxima. Rubr. 26.

Quod quicumque habet terram, vel vineam juxta vizam alterius claudat eam. Rubr. 27.

Incipiunt Rubricae Quinti Libri Statutorum continentiſ Capitula de Deveto.

De poena extrahentiſ aliquod Bladum extra Districtum Eugubii. Rubr. 1.

De poena Ementiſ, vel Incanovantiſ Bladum ultra ſuum victum. Rubr. 2.

Quod omneſ Civeſ faciant asportari bladum in Civitatem. Rubr. 3.

Quod ſi Civiſ fuit inventuſ prope Confinia cum blado praeſumatur ire contra devetum. Rubr. 4.

De poena vendentiſ bladum alibi quam in Civitate, Comitatu, et Districtu Eugubii. Rubr. 5.

Quod praeſumatur Comitatenſiſ inventuſ ultra quinque miliaria cum blado ire contra devetum. Rubr. 6.

De Custodibuſ Deveti mittendiſ ad custodiendum devetum. Rubr. 7.

De poena vendentium bladum Forenſibuſ

causas revendendi. Rubr. 8.

De poena associantis Portanti Devetum. Rubr. 9.

Quod quaelibet Comunitas, et Universitas debeat custodire devetum. Rubr. 10.

De poena capientis, et non portantis devetum. Rubr. 11.

Quod massaritiae simentur ubi est bladum, et apotetur bladum in Civitate. Rubr. 12.

De Fidejussoribus dandis per Sindacos Villarum de custodiendo devetum. Rubr. 13.

Quod Potestas cogat quoslibet homines aportare bladum. Rubr. 14.

De poena committentis fraudem in officio deveti. Rubr. 15.

De Custodibus eligendis super custodiendo devetum. Rubr. 16.

Quod qui habet bladum extra Districtum Eugubii possit facere deferri expen-

tiſ Comuniſ ad vendendum. Rubr. 17.

De ſupraſtantibuſ, et Notariiſ eligendiſ ſuper Officio Deveti. Rubr. 18.

De Salario dando Forenſibuſ apportantibuſ Bladum in Civitatem ad vendendum. Rubr. 19.

De poena extrahentis Caſtroneſ, Arieteſ, Capretoſ, Porcoſ, Agnoſ, vel Hircoſ extra Civitatem, et Districtum Eugubii. Rubr. 20.

De Interdicto Custodum Deveti. Rubr. 21.

Quod Poteſtaſ, et Capitaneuſ inquirant, et ſint ſollicitiſ ſuper Statuto Deveti. Rubr. 22.

Incipiunt Rubricae Sexti Libri Statutorum extraordinariorum

De custodiendo Diem dominicam. Rubr. 1.

De custodiendo Diem Veneris Sancti. Rubr. 2.

De custodiendis infrascriptis Festivitatibus. Rubr. 3.

De honore faciendo per magistros Lapidum Foestivitati Beatae Mariae Virginis de Mense Augusti. Rubr. 4.

De consilio fiendo pro honorandis foestivitatibus Sanctorum Johannis, et Ubaldi. Rubr. 5.

De honore fiendo foestivitatibus Sanctorum Johannis, et Ubaldi per Artifices, et homines Civitatis, et Comitatus. Rubr. 6.

De Cereis faciendis per Artes infrascriptas in Festo Sancti Ubaldi. Rubr. 7.

De custodiendo diem Translationis Sancti Ubaldi, et Octavam Sancti Stephani. Rubr. 8.

De honore fiendo per Commune, et Artes cunctas Eugubii in Festo Beati Johannis. Rubr. 9.

De custodiendis per Artifices vigiliis Sanctorum Johannis, et Ubaldi: Rubr. 10.

De cereis offerendis annuatim de mense Augusti Hospitali Sanctae Mariae de Charitate. Rubr. 11.

De annuis Cereis offerendis majori Ecclesiae Eugubinae. Rubr. 12.

Quod per satisfactionem Decimarum dentur singulis annis Plebi Sancti Johannis de Eugubio 30. Libras Rav. Rubr. 13.

De Elemosinis dandis infrascriptis Locis, et Personis, et de Datio pro eis imponendo. Rubr. 14.

De Elemosina danda per Commune Castri Collistacciarii Loco Fratrum minorum dicti Castri. Rubr. 15.

De Elemosina danda per Commune Ca-

31v

ſpiritu Cantheani loco Fratrum haeremi=
tarum dicti Castri. Rubr. 16.

De reparando Muro Comunis a Domo Filiorum Dñi Cincilionis usque ad Cantonem Sancti Petri. Rubr. 17.

Quod mattonetur circumcirca Fontem Sancti Juliani, et quod reactentur viae mattonatae expenſis viciniorum. Rubr. 18.

Quod aqua pluvia Montis Sancti Ubaldi derivetur in Flumina Camignani, et Cavarelli. Rubr. 19.

De manutenendo Muro a Ponte Sanctae Annae usque ad Pontem Sancti Mar=tini. Rubr. 20.

De reactandis Mattonatis, et Cloacis, et de novo fiendis ubi neceſſe fuerit ex=penſis viciniorum. Rubr. 21.

De reactandis, et fiendis Pontibus ubi neceſſe fuerit juxta Portas Civitatis, et Casellis pro Custodibus. Rubr. 22.

De Officio Militis Dni Poteſtatis ſuper reactatione Viarum, Pontium, et Fontium. Rubr. 23.

De aptanda via, qua itur ad Caſtrum Pergulae a Civitate Eugubii. Rubr. 24.

De aptanda Strata, qua itur a Civitate Eugubii ad Pontem Brancae. Rubr. 25.

De actandis Stratis, per quas itur ab Eugubio ad Civitatem Peruſii, et Aſiſii. Rubr. 26.

Quod reactetur quidam Pons in Villa Sancti Apollenaris expenſis hominum dictae Villae. Rubr. 27.

Quod Viae Civitatis, et Comitatuſ aptentur per Vicinoſ. Rubr. 28.

Quod Caſtrum Cantheani muretur circum circa ubi muratum non eſt, et nulluſ habeat in muro ejuſ hoſtium, vel Feneſtram. Rubr. 29.

Quod Poteſtas Caſtri Pergulae, et Capitaneuſ Serrae Sancti Habundi manute-

32v

neant Steccata ipſorum Caſtrorum.
Rubr. 30.

Quod Vicini teneantur reactare Vias ma-
tonatas de Matonibus, et non lapi-
dibus. Rubr. 31.

Quod Viae, et Plateae Civitatis locentur
ad mundandum, et quod provideatur,
ne ad eas decurrat Aqua per Portam
Sancti Angeli. Rubr. 32.

Quod actetur Via a Ponte Riccioli ad Pon-
tem Scheggiae. Rubr. 33.

Quod matonetur via in Civitate Eugu-
bii a domo olim Bartholini Roſſii
usque ad domum Ceccoli Nigri. Rubr.
34.

Quod matonetur Via a domo Filiorum
Johanniolis Guitae usque ad domum
olim Guidi de Cambellis. Rubr. 35.

Quod matonetur Via a Domo olim Dnae
Brunae usque ad domum olim Boiae
~~Mantiae~~. Rubr. 36.

Quod matonetur Via a Domo Angelutii
Uguicionelli, et Baldelli Armannelli
usque ad murum Communis. Rubr.
37.

Quod quilibet Potestas, et Capitaneus te-
neatur suo tempore matonari face-
re unam viam in Civitate Eugu-
bii. Rubr. 38.

Quod actetur, et remoliatur infrascri-
pta Via juxta murum Communis,
et quod non fiat in ea structura, vel
impostea. Rubr. 39.

Quod matonetur via a Plebe Sancti Johan-
nis usque ad Stufam, et quod non fiant
in ea Balcones prope tramitem. Rubr.
40.

Quod non fiant Trosiae, vel ponatur lita-
men, vel aliud ingomborum, vel stru-
ctura in Stratis publicis. Rubr. 41.

Quod compleatur Pons inceptum in Flumi-
ne Camignani juxta Hospitale Sanctae

Crucis. Rubr. 42.

Quod fiat in Quarterio Sancti Martini quedam Cloaca in loco infrascripto. Rubr. 43.

Quod Cloacae Quarteriorum Sanctorum Iuliani, et Andreae demergentes in Foveum dirigentur per vias euntes in Foveum. Rubr. 44.

Quod Pons Sabundae in Strata, qua itur Assisium, reactetur, et reparetur per adiacentes. Rubr. 45.

Quod reactetur Aquaeductus Fontis, qui est prope Sanctum Verecundum in Quarterio Sancti Martini. Rubr. 46.

De Ponte fiendo in Sabunda in Villa Galvanae. Rubr. 47.

Quod Loca Sanctorum Dominici, et Iacobi possint mitti in Civitate Eugubii. Rubr. 48.

Quod fiat Imago Mariae Virginis in Fanestra exteriori Beccariae ex parte Brien

ris. Rubr. 49.
Quod compleatur, et aptetur Fons, Conſerva, et Lavatorium Fontis Fovei. Rubr. 50.
Quod compleatur Fonſ, et Conſerva Fontis Quarterii Sancti Martini juxta domum Dñi Ballionis. Rubr. 51.
Quod fiat quaedam Porta in Archa juxta Portam Sancti Petri. Rubr. 52.
Quod vendentes Lapides non teneant ipſoſ ammontonatoſ. Rubr. 53.
Quod compleatur, vel reimpleatur Puteuſ inceptuſ in Mercatali. Rubr. 54.
Quod vendatur infrascripta Via posita in Contrata Muralis. Rubr. 55.
Confineſ Gualdariae Villae novae Plani. Rubr. 56.
Confineſ Gualdariae Villae Bagelatae. Rubr. 57.
Confineſ Gualdariae Villae Ansciani. Rubr. 58.
Confineſ Gualdariae Villae Sancti Lau-

pentii de Cantalupo. Rubr. 59.
Confines Gualdariae Sancti Angeli de Costa. Rubr. 60.
Confines Gualdariae Villae Montisecellis. Rubr. 61.
Confines Gualdariae Villae Montis Lulliani. Rubr. 62.
De Notariis deputatis ad scribendum Volumen praesentis Statuti, et de eorum Salario. Rubr. 63.
Quod praesens Statutum debeat praevalere omnibus Statutis, et Reformationibus, et de poena dicentium eum non valere. Rubr. 64.
Quod Statuta in praesenti Volumine contenta, si qua essent contra libertatem Ecclesiae, non valeant. Rubr. 65.
Quod praesens Statutum duret perpetuo, et infra quinquennium modo infra scripto debeat revideri. Rubr. 66.
De tempore, et in quibus casibus praesens

Statutum, et Volumen Statutorum incipit habere vires, et valere. Rubr. 67.

Publicatio, et adprobatio praeſentis Voluminis Statutorum. Rubr. 68.

Copia, ſeu tenor Litterarum Dñi Bituricenſis ſuper publicatione dictorum Statutorum.

Publicatio dictorum Statutorum.

Sezione di